

Die XVII februarii

Visitavit ecclesiam parochialem sub titulo sancte Mariae loci dell'Occhiatana, cuius est titularis multum reverendus Antonius Paulus Malaspina nunc carceratus, et eidem inservit in vice parochum reverendus Iacobus Iosanti de Belgodere, annui reditus scutorum 200 et animarum 560, dictus reverendus Iacobus inservit pro incertis altaris¹ et ultra pro mercede ad arbitrium dicti reverendi domini Antonii Pauli.

Et primo sanctissimum Eucharistiae sacramentum

Conservatur in parvo tabernaculo picto et inaurato decenter ornato.

In comunicandis fidelibus tempore Paschatis nomen ipsorum de cetero in scriptis exigat.

In die iovis sancti conservatur sanctissimum sacramentum super altari in propria pisside, quod in posterum in calice iuxta rub(ricas) missalis cum luminibus et debitis ornamentis conservetur.

De vello pro defferendo sanctissimo sacramento infirmis provideatur, prout de alia lanterna ad associandum.

Omnes infirmi per modum viatici comunicantur, quod generaliter advertendum est. In comunicandis fidelibus ultra mapam mundam de alio mantili ad expergendum provideatur.

De pluviali provideatur.

[42v] Defficiunt palia altaris viridi, nigri et morelli colorum ecclesiae.

De missali novo provideatur.

Corporaliis, purificatoriis et amictis crux imprimatur.

Adest semper lampas expensis societatis Corporis Christi, cerae vero pro altari a mulieribus societatis Domine Nostre subministrantur parochi, et ipse parochus a prioritia petit dictas ceras, et sic submi[ni]strantur.

Unicum ta[n]tum conopeum rubei coloris adest pro tabernaculo.

Fenestrella a cornu evangelii tela vel (vutre) muniatur omnino.

Fons baptismalis est marmoreus rotundus.

Pes eius ex carce cum cupula lignea bene aptata, non adest imago precursoris.

Non conservantur sacra olea in dicto baptisterio sed prope altare.

Sacrarium prope dictum altare.

Vasa oleorum sunt stanea satis decentia sine bursa.

Oleum infirmorum conservatur in parvo vase staneo satis decenti cum bursa rubei coloris et manet in armariolo sub clave cum aliis supradictis oleis a cornu evangelii.

¹ *Incertis altaris* : Au XVIII^e siècle et après on parle des *incertarelli*, toutes sortes de dons à des moments comme mariages baptêmes etc... Le scribe a-t-il traduit phonétiquement en *incertis altaris* ?

Mortui ullulantur a propinquis.

Non adest candelabrum, XV candela pro hebdomade sancta.

[43r] Confessionale est in presbiterio sine grate ferrea, genuflexorio, et omnino indecenti.

Ecclesia [*sic* ; lire *ecclesiae*] clavis ipsius penes rectorem, qui aliquando ipsam clavem dimitit vicinis.

Oratorium disciplinantium sub titulo Annunciatae.

Habet decentem iconam novam bene ornatam, mensa est angusta nimis, et ad formam reeducatur.

Habent capitula antiqua cum canticis vulgaribus cardinalis Neapolionis.

Mulieres concurrunt ad officia audienda.

Non lavantur pedes.

Nullos habent certos redditus.

Computa non redunt reverendissimo ordinario vel curato.

[43v] Ecclesia sancti Bartholomei

Dicta ecclesia erat prius parochialis dell'Occhiatana, est satis decens ecclesia, et clauditur cum clave.

Habet iconam satis decentem. In die festivitatis celebratur missa, et tunc omnibus necessariis ad sa[c]rif[i]cium munitur.

Cemiterium est prope et circum circa dictam ecclesiam.

Non habet crucem.

Mortuorum ossa sunt (s)cooperta, tamen pauci tumulantur, sed ut plurimum ad ecclesiam sancti Francisci Minorum de Observantia sepeliuntur.